

erant membra unius mystici corporis, et unum constituebant chorum deo sub-  
lantiū. Sed cum per peccatum ab hoc mystico corpore essent avulsi, non deus so-  
lū, sed m. Angeli hominibus irascebantur, quinimo cherubim flamante gladio  
a paradysi accessu eos arcebant. At n. postquam filius dei humanam naturam  
assumpsit, eam in persona sua unitatem exivit, Angeli libenter cum hominibus  
iterum conversantur. Et quia deus naturam jam humanam in Filio suo intuetur,  
ideo non amplius ei irascitur. Ante lapsum audiebatur tunc illa vox, poenitet me  
fecisse homines; sed cum jam in Filio suo humanam intuetur naturam, dicit: in eo  
mihi complacuit. Beneplacitum hoc est, quod Angeli nato christo canunt hominibus:  
Gloria in excelsis deo, Pax hominibus, et terris bona voluntas. Ah, quae major  
potest esse dei gratia, quam quod deus filium suum ad nos redimendos in carnem  
miserit, atque sic sufficiens pro peccatis nostris, non solum vero pro nostris, verum etiam  
am pro totius mundi huiusmodi solvit? Nam christus factus pro nobis maledictum,  
ut maledictionem peccatis nostris debitam tolleret. christus pertulit peccata nos-  
tra in corpore suo super lignum. Quia igitur in passione christo obtigit, id omne  
pro peccatis nostris sustinuit. Sanguinem sudorem profudit, ut eo a peccatis nos  
lavaret. Promittit a. ex omnibus membris sanguineus sudor, quia peccatum in omnibus  
membris nostris sese exercebat. Dicite mihi haec, sultis, auditores, an videtur homo  
par esse potuisset tot sceleribus expiandis? an par ira divina sustinenda? Infi-  
nita erant scelera, ergo infinitum oportebat esse, quod infinita expiaret scelera.  
Immensa dei erat ira, ergo et imensum oportebat esse, quod immensam sustineret  
et auferret iram. Immensam vero iram dei esse loquuntur testimonia scri-  
pturae: Testantur effectus, ut innumera humana sunt miseria, ut est passio et  
mors christi, ut anxia sunt piorum querela. Ut itaque moles haec ira divina, cui  
sustinenda nos plane imparer eramus, pro nobis sustinere posset Jesus, eundem  
omnino verum deum esse oportebat. Sed, cum deum et hominem in una perso-  
na Salvatorem esse oportuisset, forte quaeritis, auditores. Ah nolite quaerere,  
qui iam ex me cognovistis, cum christum verum hominem, atque et ipsum verum  
deum esse oportuisset. Ne tamen quicquam in proposito thematis expositione  
desiderari videatur, ecce christum deum hominem in una persona esse oportu-  
isse, dico: ut hominem deo reconciliaret. Satisfactionem n. pro peccatis ho-